cassat annihilat et mortificat per presens sibi cessus postis ratione
premissorum silentium imponendo eiusdem partis sub recessu modicam.

Simanowlczy quietat Ritarowski

Comparentes personaliter coram officio et actis presens castrensis premisliensis
Nobiles Joannes Simanowski et Catherina relicta consortis
Nobilis olim Andree Drohomyski ad pus vero coniuges eiusdem
Joannes Simanowski coniuges eadem quippe Catherina cum consensu
suo eiusdem mariti sui renunciarunt iure foroque suo proprio partis vero
iurisdictioni secum successoribus ac bonis suis quo ad infrascripta attinet
incorporantes et subiicientes sponte et corpore existentes publice
ultro ac expressim recognoverunt quod a Nobili Ilia Ritarowski
summa viginti et unum florenorum pecunie monete unum polonicum
sibi per eum actis partibus castrensis premisliensis ad solvendum inscripta
pecunia receperunt et levaverunt idcirco ipsum ac successores illius
de eadem summa quietant ipsamque inscriptionem castrensis premisliensis
sibi per eundem super summam predictam factam cum omnibus conclusionibus
cassat et mortificat per presens sibi et suis posteris ratione premissorum
silentium imponendo eiusdem partis sub recessu modicam.

Ritarowski et Drohomiski tenebunt Intercisam

Comparentes personaliter coram officio et actis presens Premisliensis No
biles Ilias Ritarowski et Oxentia Lithuana coniuges
legitimi ex una et Lucas Drohomyski ab altera partibus
a terris districtibus iure ac foro suis quibusvis proprietatibus renunciarunt
partis vero iurisdictioni secum successoribus ac bonis suis infrascripta
quo ad actum et effectum inscriptionis partis attinet incorporantes et
subiicientes sponte et corpore existentes publice ultro ac per
expressum recognoverunt et quilibet eorum seorsim recognovit

Quia

Quia se secum successoribus ac bonis quilibet pars suis omnibus
hereditatibus mobilibus et immobilibus ac summis pecuniariis
mutuo et invicem pars altera altera obligat et inscribit inter
cessa certam terre occone cerbonum Ritarowice con
scriptam de data premissis ipso die festo Conversionis Sancti
Pauli apostoli proxime elapso ac eorum partium manibus eorundem recognoscentium
subscriptam sigillisque ipsius Ilie Ritarowski et pro interesse
eiusdem Lucae Drohomyski sigillo nobilis Ilie Germiczky
obsignatam in omnibus illius conditionibus punctis clausulis
et articulis tantis per quantis per expiraverit tenere complere
et exequi ac inviolabiliter una cum successoribus suis observare nec eam
dem in quavis minima parte infringere quomodo eidem et eius
omnibus contentis toties quoties opus fuerit satisfacere cum
successoribus tenebuntur sub vadio ducentorum florenorum pecunie
monete unum polonicum per partem non tenentem et premissa non
observantem cum successoribus parti tenenti et premissa observanti
ad solvendum toties quoties opus fuerit succumbere. Nihilominus
predictus Lucas Drohomyski secum successoribus ac bonis suis
omnibus hereditatibus mobilibus et immobilibus ac summis
pecuniariis eiusdem Ilie Ritarowski et Oxentie
coniugibus ac eorum posteris inscribit et obligat Nobilem Fro
phiam Robkowska consortem suam cum duobus annis
linea paterna proximioribus ad consentiendum de omni iure illius partis
inscriptionem ad acta castrensis premisliensis per statutum
sub vadio simili ducentorum florenorum pecunie monete unum
polonicum ad solvendum in casu non completionis premissorum
succumbere. Cetorum supranominati Ilias Ritarowski
et Oxentia coniuges ex una et predictus Lucas Dro